

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium, Fragment - Cod. U. H. Fragm. 23

[S.l.], [2. Hälfte des 12. Jahrh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-377092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-377092)

ritas in nobis non est. Venit baptizari magis ipsarum condito
aqua. ut nobis qui iniquitatibus concepti. & in delictis
sumus generati sed per naturam que per aquam & spiritum ce-
lebratur appetendum insinuaret mysterium. **D**ignatur
est lauari agni iordanici que erat mundus a sordibus cunctis.
ut ad diluendas nostras sordes seclerum omnium fluentia scilicet
sicut aqua. Iohannes autem prohibebat eum dicens. Ego autem de-
beo baptizari. & tu uenis ad me. Expauit illum ad se uenisse
se ut baptizaretur aqua cui nulla inerat que baptismum
tergeret culpa. immo qui per suam gratiam spiritus cunctis cre-
dentibus mundi tolleret culpam. Unde recte intelligitur quod
hic dicit Iohannes ego autem debeo baptizari. hoc esse quod apud eu-
gelistam Iohannem illo ad se ueniente dixisse narratur. ecce ag-
nus dei ecce qui tollit peccatum mundi. **L v c x g.**

Facta uero est cum baptizaretur omnis populus. & ihesu baptizato &
orante apertum est celum. Et descendit spiritus sanctus corporali specie
sicut columba in ipsum. Et uox de celo facta est. Tu es filius
meus dilectus in te complaceuit michi. Et ipse ihesus erat incipiens
quasi annorum triginta. ut putabatur filius Ioseph. Qui fuit
heli. Qui fuit mathath. Qui fuit leui. Qui fuit melchior.
Qui fuit ianne. Qui fuit Ioseph. Qui fuit mathathie. Qui fuit
amos. Qui fuit naui. Qui fuit etli. Qui fuit nagge.
Qui fuit maath. Qui fuit mathathie. Qui fuit semei. Qui
fuit Ioseph. Qui fuit lorobabel. Qui fuit salathiel. Qui
fuit neri. Qui fuit melchior. Qui fuit abdi. Qui fuit cosam.
Qui fuit helmaran. Qui fuit her. Qui fuit iesu.
Qui fuit elieler. Qui fuit iorim. Qui fuit mathath.
Qui fuit leui. Qui fuit sem. Qui fuit symeon.

